



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Veglensi Episcopo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

factum est taliter ab eodem denuntians habendum penitus pro infecto , ipsum , sicut caram habes gratiam divinam & nostram , perpetuo carceri facias mancipari , pane doloris & aqua angustiae sustentandum. De aliis verò qui , sicut afferis , suspecti habentur de crimine falsitatis , diligenter inquiras , & quos inveneris esse tales , punias appellatione remota secundum constitucionem à nobis editam ad falsariorum malitiam confutandam. Tu denique , frater Archiepiscopi , super te ipso &c. Datum Laterani xii. Kal. Aprilis , pontificatus nostri anno sextodecimo.

VEGLENSI EPISCOPO.

Epiſt. II.
De modo pro-
curationis episcopali.

CVM olim causam que inter te ex procuratione episcopali.

te una & Clericos caſtri Musculi Veglensis dioceſis ex altera vertebarū ſuper eo quod afferebas dictos Clericos te , quotiens ad ipsos accedis , extra portam caſtri debere cum proceſſione recipere ac tam tuis quam ſociorum equis annonam ministrare in domo & ipsos in paſcuis cuſtodiare , emendaturos ſi eorum aliquem quoquā modo perdi contingeret , & tibi ac tuis , ſi ultra unum diem , in quo te debent integrē procurare , moram ibidem duxeris faciendam , uſque ad diem quartum panem & vinum procuraſionis nomine pribituros , aſferens nihilominus eosdem tibi , ſicut laicos potefatiſbus ſecularibus , ad banna teneri , & te à Spalato uſque Venetias , cùm illuc ire volueris , propriis debeſe ſumptibus navigio deportare , Abbati de Melta & Plebano ſanctæ Mariae majoris Iadertinensis & Archidiacono Veglensi ſub certa forma duxerimus committendam , idem , cognitis cauſe meritis , dictos Clericos ad prädicta omnia exolvenda tibi ſententialiter condenmarunt ; quorum ſententia per venerabilem fratrem noſtrum Epifcopum & dilectum filium Archidiaconom Polenses auctoritate noſtra poftmodum extitit approbata. Verū ipſis Clericis ad ſedem apoftolicam provocantibus . & partium procuratoribus demum propter hoc in noſtra präſentia conſtitutis , nos auditis qua fuerunt proposita per eosdem , venerabilibus fratribus noſtris Traguriensi & Nonensi Epifcopis & dilecto filio Abbatи ſancti Damiani Iadertinensis dioceſis dediſe recolimus in mandatis ut inquirentes ſuper totius cauſe proceſſu in litteris tunc directis ad ipsos plenius comprehenſo diligenter veritatem , cauſam ipsam ad präſentiam noſtram remitterent ſufficienter iſtructam , präfigentes partibus ter-

Vide lib. 15.
epift. 118.

minum competentem quo ſe noſtro conpeſtui präſentarent ſententiam receptarū. Cūm igitur procuratores partium ouper ad noſtram präſentiam acceſſifent , proceſſum judicum corundem ab eisdem procuratoribus nobis exhibitorum per dilectum filium noſtrum Petrum tituli ſanctæ Cæciliae Presbyterum Cardinalem examinari fecimus diligenter , & eodem per relationem Cardinalis ipſius plenius intellecto , ſententiam à prafato Abate de Melta & ejus conſjudicibus pro te latam de fitrum noſtrorum conſilio duximus conſimandam. Nulli ergo &c. uſque incurſum. Datum Laterani xiv. Kal. Aprilis , pontificatus noſtri anno decimoſexto.

D E C A N O S A N C T I H I L A R I I ,
& ſancti Petri & ſancti Hilarii
Subdecanis Piltavensibus.

INter cetera qua continebant antiquis patribus in figuram , & ad doctrinam noſtram Apoſtolo attestante ſunt ſcripta , dux Israēlitici populi Moyses in deferto pulchre präſentem ſtatuum Eccleſia figurauit : qui cūm nequaquam ſufficeret uerſas ejusdem populi diſcutere queſtiones , ne ſolus inani conſumptus labore deficeret , populo inutiliter expectante , viros providos & Deum timentes elegit , qui populi querimonias audiētes , iudicarent tantummodo leviora , majora verò ejus examini reſervarent. Uniuersorum eterni conditor , qui omnia ſimil ab aeterno providit , ſciens ſacredandam Romanam Eccleſiam futuram caput omnium fidelium & magiſtram , eius paſtorem , per quem populum ſuum ad reprobationis terram , eam videlicet in qua Propheta ſuam eſe deſiderat portionem , per hujus mundi loſitudinem properantem regere diſponebat , jam tunc benignius iſtruere dignabatur , qualiter , [quia] conditionis humane lex hominem ſimil in diversis locis exiſtere aut ad loca remotiora transvolare ſubito non permittit , redimerer tarditatem , ſua videſtice onera diſpensando per alios , & que per ſe ipſum non poſſet , per Legatos uos vel delegatos iudices exequendo ; ut ſic multis vocatis in partem ſollicitudinis , penes eum plenitudo conſiſteret potefans ; & ne quis contra ejus poſtſtatem temere aliquid attenteret , per pecnam Core , Dathan , & Abiron , qui contra dictum Moysen , ſtimulante inuidia , calcaneum erexerunt , liquidū prämonstravit qua damnatione vel interitu digni forent qui Romani antīſtitiſ ſuam iurisdictionem präſumerent im-